



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Prologvs Avthoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969



NVS ecclesie in malo culpæ presentis & pœnæ futurae ex multipharis signis & causis mihi consideranti, occurrit quoddam propheticū, vel potius genethiacū inuentū seu præ sagiū, de potentissimo rege Carolo genarcha Australi æditū. Inuisens interea noua quædam cōmenta cœlicas nobis plagas auspicantia, commotus sum, ne minus diuinis q̄ mathematicis prænotionibus intendamus, infranotatas colligere scripturas & auctoritates, quibus nos emendari & solum deum præ omni-

J. c. 48. §. 7.
J. ca. 51. §. 19
J. ca. 52. §. 22

Sentētia est
Gregorij.
Gene. 6.

bus timentes, studeamus futura præcauere pericula, quæ si euitare nequeamus, saltem præscita nos minus feriant.

Thobiz. 21

I § Videns nāq; deus q̄ multa hoīm malitia esset in terra, & cūcta humani cordis cogitatio ad malū omni tempore intenta, omnisq; caro corrupisset viam suam, pro sua diuina iustitia acerbam calamitatē sup nos futurā & quasi iam propinquā esse, multipliciter cōminatur. Etm̄ deus inigne quippiam facturus, frequēter præmittit nuntios, qui hominibus eorū peccata aperiant, & minas intētēt: Opera aut̄ dei reuelare & cōfiteri honorificū est. Decet itaq; quærere, q̄ ventura nobis pater omnipotens indicat, per filiū suū Iesum Christū, per prophetas, per apostolos & alios sanctos de plagis impiorū & de aduersitatibus formidandis. Siue ea ad vniuersum genus humanū, siue ad Christianos tantū pertineant, siue particulares hominū gradus cōcernant. Quinimō iustū dei iudiciū merito est formidandū, ne ob sacrilegam nostrā impietatē cito in nos sauiat. Et si non est nostrum nosse sepora & momenta, tamen id nō est vsq; adeo intelligendū, q̄ futura sint à nobis omnino incognoscibilia. Nimirū qui virtutē superuenientis spiritus sancti acceperint, possunt intelligere ac prophetizare ea quæ eis filius reuelauerit, ad quos dñs inquit: Congregate ad me populū, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantq; filios suos. Custodite igitur solcite animas vestras.

J. c. 4. §. 3
J. c. 1. §. 2. &
J. c. 5. §. 4 &
J. ca. 17. §. 13
J. ca. 4. §. 10
in fi. J. c. 1. §. 2. &
J. ca. 4. §. 11.

Mat. 24
Acto. 1.
Tho. pt. 1. q.
14. art. 15. &
in de. veri.
ma. 2. ar. 12.

II § Cū autem necessitas concionandi incumbat mihi, ponderanti hæc apostoli verba: Væ em̄ mihi est, si non euangelizauero, quoniam dispensatio mihi credita est: Inuitus tamen hæc ago, quia gratiā dicendi non habeo, siquidem lingua mea adhæsit faucibus meis. Cum propheta nempe clamo ad dominum: Ah ah dñe deus, ecce nescio loqui, quia peccator ego sum, vnde memoria in me labitur, intelligentia hebescit, eloquētia ad concionandū necessaria mutit. Timeo vero nē incidam in illud apostolicum: væ taciturnis, quando etiam euangelicus propheta se diutius siluisse dolet, inquit: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Neq; sum sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, neq; illius benemeriti, vt angelus tangat os meum, & dicat: Ecce tetigi hæc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

J. ca. 17. §. 23
J. ca. 15. §. 39.
& J. c. 32. per
totum
J. c. 32. §. 3

Deute. 4
Ezech. 3
1. Cor. 9
Exod. 4
Psal. 21
Hier. 1.

III § Quocirca officium meum, quod ore perficere nequeo, lectione & cōmuni perfoluere conor. Memor tamen illius sentētiæ Sapientis: Si nō est tibi intellectus, sit manus tua super os tuū, ne capiaris in verbo indisciplinato, & cōfundaris. Vix audeo hoc opus incipere, ne mihi peccatori dicat deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meū per os tuū? Sed ex Augustini sentētia confido, lectores me nō adeo irridebunt, si minimum ecclesie ministrū, forte animaduertunt, nō satis eleganter præsentē condere scripturā. Nam libellus hic non ad aures mulcendas, linguāq; poliendā, sed ad cautelas præstandas paratur. Opus igitur nō est propter stylum simplicē respuendū. Necessitas profecto, vt ad cōmunem vtilitatem reipublicæ Christianæ sollicitus sim, nonnullas prænotiones inuulgare, & ex sanctoꝝ prophetijs, singulis accuratē perlectis, auctoritates & sententias subsequētes cōportare, quas in medium adducere, hisq; scriptis cōmendare curauī. Ex vaticinijs quoq; nouarū reuelationum quædam collegi, & quæ mihi clara videbātur, ex obscuris decerpsi.

J. ca. 32. §. 4.

1. Cor. 9.
Esaia. 6.
Philip. 2
Esaia. 6.

Eccle. 5.
Psal. 49.
Di. 39. sed so

Opus igitur nō est propter stylum simplicē respuendū. Necessitas profecto, vt ad cōmunem vtilitatem reipublicæ Christianæ sollicitus sim, nonnullas prænotiones inuulgare, & ex sanctoꝝ prophetijs, singulis accuratē perlectis, auctoritates & sententias subsequētes cōportare, quas in medium adducere, hisq; scriptis cōmendare curauī. Ex vaticinijs quoq; nouarū reuelationum quædam collegi, & quæ mihi clara videbātur, ex obscuris decerpsi.

J. c. 3. §. 1.
J. c. 3. §. 8

Sentētia est
Augusti. de
doct. Chri.
Greg. in q̄
dam homil.

Opus igitur nō est propter stylum simplicē respuendū. Necessitas profecto, vt ad cōmunem vtilitatem reipublicæ Christianæ sollicitus sim, nonnullas prænotiones inuulgare, & ex sanctoꝝ prophetijs, singulis accuratē perlectis, auctoritates & sententias subsequētes cōportare, quas in medium adducere, hisq; scriptis cōmendare curauī. Ex vaticinijs quoq; nouarū reuelationum quædam collegi, & quæ mihi clara videbātur, ex obscuris decerpsi.

III § Totus tamen tremor, ne aliqua incaute scribēdo, subrepat lubricus error.

error. Idcirco nihil penitus de meo apposui, neq; apponere intendo: sed omnia quæ bona fide his inserui, ex prophetijs sacris, canonicisq; scripturis, approbatis etiã libris, & ex veridicis documentis collegi, tanq; futurarum calamitatum timidus indagator, sacrarumq; scripturarum indoctus allegator. Omnia aut; & singula præsentia collecta, subiicio correctioni, emendationi, & suppletioni sanctæ sedis apostolicæ, cæterorumq; meorumq; maiorum, nil in his collectis pro certo affirmans, sed Christi fideles charitatis zelo de imminentibus præmonens periculis.

V § Porro allegatarum sententiarum loca vel etiam remissiones literis immiscere nolui, sed marginibus apposui, quominus ex confusione allegationum & remissionum sensus scripturarum obscuraret. Putavi deniq; multa prophetica responsa aliãq; autentica scripta ad diuersos ecclesiæ status, ad plura quoq; loca & tpa interpolata applicari posse sub sensu literario seu mystico, quoniã cœlestis aquila in dextera sedentis super thronum vidit librum scriptum intus & foris. Foris quidem secundum sensum literalem & historicum: sub quo communiter in veteri testamento & quo ad synagogã, sacra scriptura intelligit. Intus aut; secundum sensum mysticum sub litera latentẽ. Siquidem in nouo testamento sacra scriptura plerumq; refert ad spirituale intellectum, etiã plurimarum, utpote allegoricum, moralem vel analogicum: quibus quasi tota sacra scriptura voluitur, quæ plena est dominicis sacramentis. Quo fit vt aliquãdo vna sententia seu idem diuinum eloquium, in diuersis locis pluries allegabit, seu diuersimode exponet. Nam multoties, quæ in veteri testamento ad literam sunt completa, figurant ea quæ in nouo testamento sunt reiteranda, & adhuc iterum complenda. Nempe: Generatio ista non præteribit, donec omnia fiant. Vnde prophetiarum, quæ ad tempus Christi propriarum referunt, etiã ad nostra, cæterarumq; secula pertinent.

VI § Quippe ex autoritatibus subsequentibus euidentibus futurarum & propinquarum calamitatum nostrarum coniectura sumi potest, tamen futura tempora pater in sua posuit potestate. Hinc multi fallunt in temporis conditione, quæ etiam antiquis prophetis, spiritu sancto plenis nõ frequenter patebat. De Antichristi magni aduentu plures etiam docti coniecturarunt certa tempora, quæ iam dudum sunt transacta, nec eundem Antichristum hætenus aduentasse constat. Ergo nec hic de tempore futuri euentus quicquam certi affirmandum est, ex quo nulla temporis conditio per aliquam reuelationem apparet. Qui itaq; illius futuræ plagæ tempus, seu metã prædicere satagit, delirare videtur. Futura enim pericula ex nobis ipsis præcognoscere nequimus, sed ea accipere debemus ex eis quos elegit deus vt hominibus prænuntient, & consulant in casibus periculosis. Nunc autem habemus, neminem qui diuinis reuelationibus illustretur, nec signa nostra videmus talia, scilicet, qualia olim data sunt patribus nostris. Iam enim non est Propheta qui annuntiet nobis iram dei, qui nos nõ cognoscit amplius, quoniã opera nostra sunt ei contraria. Quãobrem ex prioribus reuelationibus accipere debemus futurarum nostrarum calamitatum coniecturã. Quæ licet tanq; humana aliquãdo fallat, frequenter tamen ad effectum deducit, prout multa olim reuelata hætenus sunt verificata.

VII § Heu canonica scriptura vtriusq; testamenti, præcipue in Daniele & Ezechiele, figuras horribiles, necnõ in Apocalypsi & in Esdra comminationes formidandas, de præsentium vtriusq; extremorumq; temporum periculis continet, quæ & si materia descriptionis sit terribilis, effectus tñ propediem futurus absq; dubio multo terribilior apparebit. Aspiciat igit; d; Christiani, & leuate capita vestra, quoniam iam appropinquat calamitas nostra vehementer præsumenda, quæ penè comprobata censet ex autoritatibus & sententijs p totum subsequens opus annotatis, quibus manifeste ostendit, omnes ferẽ ac singulos Christianos exhibere se ceu malivola diuinæ ultionis obiecta, in quæ altissimus, iustissimusq; iudex acerbe animaduersionis phialas statim & insperate diffundet. Distinguo itaq; præsentem materiam & collecturam in subsequencia septuaginta capitula, quasi in septuaginta palmas, quæ erant in Helim, quod interpretatur Arietes, per quos designantur Christiani gregis homines, quorum septuaginta millia, utpote absque numero, portabunt onera imminentis calamitatis.

In con-
clusionem. §. 1

J. c. 2. in pri.

J. c. 1. §. 2

J. c. 11. §. 3.

J. c. 1. §. 19

J. c. 1. §. 4. &

J. c. 1. §. 2

J. c. 1. §. 1. &

J. c. 1. §. 6

J. c. 61. §. 2

J. c. 58. §. 8

J. c. 17. §. 24

J. c. 57. §. 6

J. c. 3. §. 3.

J. c. 4. §. 1. &

J. c. 7. §. 1. &

J. c. 15. cum fili

J. c. 5. §. 1

J. c. 4. §. 6

J. c. 23. §. 15.

J. c. 13. §. 4

J. c. 40. §. 1

J. c. 10. §. 1

J. c. 17. §. 6

Exemplo Au-
gusti. de do-
ctrina Chri-
& Tho. scđa
scđa. q. 1. ar-
tic. 10.
Apo. s

Gre. 15. mo
ra. 2.
Tho. 1. par.
q. 1. ar. 10

Matth. 24

Acto. 1

Tho. 1. part.
q. 86. ar. 4

Psal. 73

Luc. 21

Nume. 33.
3. Reg. 5.